

Verbi & animæ

157

iustorum æterna merces, in consequentibus (verbo reuelante) aperietur. Interim nutritur in fide, spe iucundemur, & amore repleamur. Caritas namque est, quæ secerorum cœlestium attingit arcana. Amorem enim perfecte nil latet.

Qualiter animus ducitur ad cœlestia contemplandas, & de sponsa elegantiâ, atque super-ne ciuitatis gloria.

C A P.

V. Quid diuina mens humana nictitur pan-

dere mysteria, fatigatur vhemeter: tum ex sui paritate, tum ex profunditate materia. In hoc plorations loco constitutus, ac multimodis pregrauius curis: vix ad momentum homo erigitur supra se. Pondere quidem carnis fatigatus, cœlestia cogitare non valet, iuxta Sapientis sententiam. Nam corpus (ad) quod corrumpitur, agrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio- fum multa cogitatem. Visibilium quoque visu affue- ruit, inuisibilia quomodo penetrare valebit: qualiter referat, quibus verbis: quo modo: quo ordine: Veluti si quispiam Hebreorum ignorans regionem: ignari si idiomatis eiusdem, nullique notus Hebreo, vellet ex eorum elementa proferre: dicere consuetudines, & gesta narrare: nonne videtur magis barbarice frendere, quam Hebraicè loqui: audientè que prius prouocaret ad risum, quam ad intelligentiam excita- remelius etiam silentio, quam verbis eruditet: Hoc vius docet, & mens apprehendit humana. Hinc dei- citur animus, claudunt ora, lingua comprimitur,

& omnia carnalis sapientia obmutescit. Nam animalishomo non percipit ea, quæ Dei sunt, sed neque spiritualia, nisi diuinus instruatur, aut per imagines & per exempla manuducatur pedenter: Spiritualia sunt, cœlestia sunt, & diuina. Illa nec oculus vidit, nec audiuit auris, nec in cor ascendit hominis. Ideo qui ad ipsarum indaginæ peruenire desiderat, verbi indiget magisterio. Non humana sapientia, non na- turali ingenio, sed per verbum instruendus est. Dei quidem sapientia, ut doceret hominem, venit vt lux, & iuxta homini capacitatem ad ima descendens, inuisibilia & aeterna per materialium similitudines delectationum: per corporearum formas rerum apponere curavit: quatenus ex carnalibus ad spiritualia, & ex visibilibus ad inuisibilia aſcēdere valeret: quod mirabilis sapientia arte & præcipuo caritati feruore actum est. Quum enim incomprehensibilis sit Deus secundum sui naturam, hominem misericorditer assumens comprehensibilem vtcunque se fecit: per ipsūque, quem allūmis, hominem: ad capiendum inuisibilia & cœlestia viam struit, modum dedit, regulamque insituit, cui contradicere verbis vel moribus fas non est. Nemo credit se impune transire, si vocanti, inuitanti, exhortanti, comminanti resistere præsumet. Vox quidem sapientia ad contemptores hæc est: Vocavi, & renuisti: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexit omne consilium meum, & increpationes meas neglexit. Ego quoque in interitu vestro ridebo & subflanno: quum quod timebas, aduenierit: quum irruerit repentina calamitas, & tempestas quali, ventus inguerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia: tunc in- nocabunt me, & non exaudiāt: mānū consurgent, &

non inuenient me, eo quod exosam habuerint disci- plinam, & timorem domini non suscepserint, nec ac- quieuerint cōſilio meo, & detraxerint vniuersa correptionis mea. Terrentis non confundentis, amantis non indignatis ita verba sunt. Comminatur ut cor- rigat,hortat ut erigat: inuitat ut liberet: clamat ut exciter: futura pradicat, ut non feciat. Omnis ipsius vox amoris est. Non potest non diligere, quos condi- dit, quos elegit, quos proprio redemit sanguine. Nun-

Esa. 49.

quid potest obliuisci mulier infantis vteri sui: Nun-

quid valet non amare caritas? Nempe ipsa sapientia mater est, sicut per sapientem ait: Ego mater pulchra Eccl. 24. dilectionis, timoris, magnitudinis, & sanctæ spei. Ipsa pater, quia verbo veritatis suis nos genuit: eit etiam frater & sponsus. Sic habes, & sic in Canticis loqui- CANT. 4. tur: Vulnera cor meum fôrora mea sponsa: vulne- rasti cor meum: non lancea, non gladio, non sagitta: sed amoredes compatisse, sed benevolenta, sed ca- ritate. O quam vehementer verba Verbi penetralia

cordis perforant, quam fortiter accendere, quam de- lectabiliter inebriare valent: iacula sunt, & amoris facula. Nil aliud quam caritatem lonant: in aliud redolent, nec immerito. Nam verbum amor est, sapien- tia est, caritas est, sponsus est. Si intres ad cor illius, li- quescent agnoscet, hominum salutem sitiens, patris honorem zelans, restaurationem Hierusalem con- cupiscens, sponsa amorem flagitans, in ipsius ample- xus ruerit spiritualiter flagrans intelliges. Si ad opera manuum illius tuam dirigas considerationem: cœ- lum & quicquid cœli ambitu continetur, seu iolem, seu lunam, seu stellarum malitudinem, opus illius esse iudicabis: vnde Propheta: Quoniam video celos Psal. 8. tuos opera digitorum tuorum: lunam, & stellas, quæ tu fundasti. Quicquid in cœlo fulget, quicquid vege- tatur, & viuit in terra: omnèque quod in aquis natat, vel per aera volat, si quid placet visu, mulcet auditum, & sensu capturit: facturam illius recognosces. Præterea siue angelii, siue throni, siue dominationes, virtutes, potestates, cateteraque beatorum spirituum innumeræ legiones scias, quod ipsum venerantur ut Deum, et famulantur ut filio Dei, ut patri coetero, consubstantiali & simili. Est enim verbum, per quod facta sunt omnia, in quo viuant omnia, sine quo nihil: de Deo Deus, de lumine lux, splendor paternæ gloriae, iustitia sol, diuinitatis radius, candor aeterna lucis, speculum sine macula, imago bonitatis Dei, genitus de parte in celis sine matre, in terris sine pa- tre de matre: Deus ante secula, homo in fine seculorum factus nobis sapientia & iustitia, sanctificatio & redemptio. Si vero ad elegantiam humana spe- ciei te vertas, audias Prophetam dicentem: Specio- Psal. 43. sus forma pre filiis hominum. Quis vnguam illo pul- chior: quis modestior: quis sapientior? Ornatus in moribus, maturus in grefsibus, in sermonibus facundus, in conuersatione circumpectus, in redargutione se- uerus, in exhortatione blandus, in colloquione su- uisissimus, & in omni suo opere venerandus: aspectus illius venustrale plenus, humiliatate verecundus, sua- uitate refertus, & tota elegantia decoratus: labia il- lius lilia diffundant, verba vita aeterna emanantia, mel & lac eructantia. Illud quidem resonabat in ore, quod latebat in corde: ideo solabatur mortuos, vrebatur tristidos, resuscitabat mortuos, infideles illustrabat: cunctoque ad se accedentes reddebat benevolos:

Laur. Iustin.

sermo